



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 37. Joannes Arragonum Rex Clementis partes suscipit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

Sæcul. XIV. bant, Urbano semper dicente se Papam  
 A. C. 1387. verum esse, nec id vocandum in du-  
 bium.

Rayn. n. 1.  
 2. 3.

Tam procul aberat, ut ad ullam contro-  
 versiae compositionem cum Clemen-  
 te descenderet, ut 29 Aug. hoc anno  
 1387 novas contra eum litteras ederet  
 cunctis Episcopis inscriptas: ubi jactis in  
 eundem multis conviciis universos Prin-  
 cipes Catholicos, & generatim Christianos  
 omnes ad tuendam causam Ecclesiae,  
 nempe suam hortabatur, & sacris pro  
 Palæstina pugilibus concedi solitam no-  
 xarum veniam plenam spondebat iis om-  
 nibus, qui crucem induerent, unius anni  
 spatio militarent, aut pecuniam contri-  
 buerent ad sumptus belli contra schisma-  
 ticos. Harum vero litterarum effectum  
 nullum cernimus: e contrario Clementis  
 agnitio insigniter hoc anno propagata fuit.

§. XXXVII.

*Joannes Arragonum Rex Clementis  
 partes suscipit.*

Rex Arragoniae Petrus Officiosus, post-  
 quam annos amplius quinquaginta  
 regnaverat, septuaginta quinque natus  
 Barcinone 5 Jan. de vita exiit. Perman-  
 serat medius Urbanum inter & Clemen-  
 tem: etsi instante Petro Lunio Cardinali  
 Clementis in Hispania Legato Romæ, &  
 Ave-

Indic. Ar-  
 rag. p. 250.  
 Rayn. n. 10.

Avenione multas inquisitiones in electionem geminam agendas curaverat. Jo-  
 annes Gerundæ Dux natu major filius & successor ejus urgente eodem Cardinali  
 denique induxit animum, ut 24 Febr. an. 1387 Barcinone declarationem ederet:  
 cujus hæc erat summa.

Sæcul. XIV.

Jo-A. C. 1387.

*Vitæ PP.*

to. I. p. 518.

1365.

Cum per natalium prærogativam ef-  
 femus Gerundæ Princeps, Ecclesiæ schisma cernentes de juribus Clementis & Urbani percontationes solemnes tum ipsi curavimus fieri, tum ab aliis Principibus factas vidimus: & postquam probe consideravimus omnia, prius electum, scilicet Bartholomæum Barianum Archiepiscopum fuisse per apertam violentiam intrusum, alterum vero videlicet Cardinalem Genevensem nunc esse verum ac legitimum Papam invenimus, & talem declaravimus. At declaratio nostra solemniter promulgata non fuit, quamdiu regnabat noster gloriosæ memoriæ parens, qui neutri parti studebat, subjectosque sequi exemplum jubebat suum. Nunc Divinam per providentiam in folio positi post multa consilia, & magnas deliberationes hac de re habitas, cum institutas a Rege patre nostro disquisitiones declarationi nostræ congruere cognoverimus, hortamur Christianos universos, ac subjectis omnibus imperamus, ut Dominum Clementem VII agnoscant verum Papam, &

to. 2. p. 988.

*Hist. Eccles. Tom. XXIV. E e an-*

**Sæcul. XIV.** antipapam antea cooptatum censeant se-  
**A. C. 1387.** junctum ab Ecclesia.

**Vitæ to. 1.** Rex Petrus habuerat patruelem Jaco-  
**p. 518. 1366.** bum Arragonium, qui a patre suo, cujus  
 tertius erat filius, ad statum Ecclesiasti-  
 cum destinatus, ab anno 1352 Canonicus,  
 ac Præpositus Ecclesiæ Barcinonensis,  
 Canonicus Majoricanus, Papæque a sa-  
 cello, & convictor fuerat. Anno 1362  
 per Innocentium VI Dertofanus Episco-  
 pus evasit, tametsi solum viginti annos  
 compleverat. Anno 1369 dum Valenti-  
 na vacabat Ecclesia, ejusdem Canonicum,  
 ac Præcentorem Ferdinandum Munium  
 elegit Collegium: sed Urbanus V nulla  
 electionis hujus ratione habita, precibus  
 Regis Arragonum cedens Jacobum hu-  
 jus patruelem Valentiam transtulit. Is  
 oblatam sibi a Clemente purpuram vi-  
 vente Rege Petro recusabat hujus offen-  
 sam metuens ob studium neutrarum par-  
 tium Clementem non agnoscentis Papam.  
 At post mortem ejus, & declarationem  
 Regis Joannis petasum rubrum e manu  
 Cardinalis Petri Lunii accepit lubens; &  
 Clementis beneficio Ecclesiam suam ad-  
 ministrandam retinuit, vocatus Cardina-  
 lis Valentinus.

**Ibid. p. 518.** Carolus Malus Navarræ Rex Pompe-  
**p. 1371.** jopoli Calendis Januariis hoc anno 1387  
 mortuus semper instar Regis Arragonum  
 cunctatus fuerat alterutrum electorum  
 agno-

agnoscere Papam. Sed natu major filius Sæcul. XIV.  
 & successor ejus Carolus Nobilis capto A. C. 1387.  
 tempore partes Clementis solemniter au-  
 xit efficienter hac in re adjutus a Car-  
 dinali Petro Lunio. Sic Hispania tota,  
 Lusitaniam si demas, Clementi parebat.

§. XXXVIII

*Errores Fratris Joannis Montefonii.*

Parisiis hoc anno nata est contentio ma-  
 gna Dominicanos inter, cæterosque  
 Theologos. Frater Joannes Montefonius  
 ex illorum Ordine Theologiæ Doctor in  
 Valentina Catalaniæ diœcesi natus de-  
 fenderat in scholis quatuordecim propo-  
 sitiones, quarum ponderosiores subjicio.  
 Hypostatica in Christo conjunctio natu-  
 ræ duplicis est major conjunctioe Per-  
 sonarum in natura Divina. Potest dari  
 persona mere creata ad merendum per-  
 fectionem, quam anima ipsius Christi. Aper-  
 te fidem impugnat, qui negat quemvis  
 hominem præter Christum contraxisse la-  
 bem primigeniam. Nec minus adversatur  
 fidei, qui SS. Virginem hinc eximit,  
 quam qui excipit decem homines. Divi-  
 nus codex non explicandus est nisi per  
 se ipsum.

*Duboulay*  
*to. 4. p. 620.*

*Vitæ PP.*  
*to. 2. p. 991.*

*Prop. 4. 10.*

II.

12. 13.

14.

Quatuordecim propositiones ad con-  
 ventum Facultatis Theologicæ 6 Julii Duboulay  
p. 629.

E e 2

an.